



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An omne signum causans gratiam ex opere operato, sit Sacramentum. [n.]

4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

2 *Conferentia Theologico Morales. Tit. I.*

Eucharistia, quæ in tabernaculo existens nul-
lam talem gratiam videtur significare.

RESOLUTIO : In Sacramento Eucharis-
tiæ significatur *gratia subsistens*, sive ipse Chri-
stus realiter & invisibiliter præsens speciebus
Eucharisticis, in Ordine ad sanctificandum ho-
minem digne percipientem tale Sacramentum.
Neque enim est de essentia Sacramentorum,
semper actu causare gratiam, sed quod [quan-
tum est de se] semper sit *causativam gratiæ*,
si debitæ conditiones ac dispositiones adsint.

CONFERENTIA. III.

3. **Q**uæritur tertio : Quomodo ergo Sacra-
mentum dicitur signum practicum, & ex
opere operato causare gratiam, si eam non in-
fallibiliter ipso sui usu efficiat ?

RESOLUTIO : Sacramenta N. L. nihil-
ominus dici esse *signa practica gratiæ*, quia,
quantum est de se, semper ipso suo usu eam
conferunt, dummodo ex parte subiecti ijs uten-
tis non inveniatur obex, aut indispositio ali-
qua non compatiens secum gratiam, quæ est
signo practico omnino per accidens. Et di-
cuntur causare gratiam *ex opere operato*, dum
eam non causant vi dispositionis subiecti reci-
pientis, sed vi Sacramentorum debite recepto-
rum.

CONFERENTIA. IV.

4. **Q**uæritur quarto : An inter Sacramenta
N. L.

N. L. reputari. possint ac debeant Iohanne-
 dum Discipulorum, qua dispositi etiam intus
 mundabantur per gratiam, item insufflatio
 Christi in Apostolos, per quam Spiritum S. il-
 lis dedit, item verba Christi ad Magdalenam
 & paralyticum, *Remittuntur tibi peccata tua*,
 item linguæ in Pentecoste super Apostolos ap-
 parentes, ac significantes dona gratiarum illis
 collata?

RESOLUTIO: Licet hæc omnia ex vo-
 luntate & beneplacito divino significabant e-
 tiam practice gratiam, non tamen ex institu-
 tione stabili ac duratura, sed ex mera extraor-
 dinaria usurpatione divina: & ideo additum est
 in definitione Sacramenti *Canonij ly institutum.*

CONFIDENTIA. V.

Circa septenarium numerum Sacramento-
 rum N. L. omnino conveniunt omnes Ca-
 tholici contra heterodoxos, ex quibus Luthe-
 rus sibi ipsi non constat, dum modò unum tan-
 tum modò duo, modò tria, aliquando etiam
 septem admittit: quid ergo?

5.

RESOLUTIO: Probabile admodum est,
 apud Lutheranos & Calvinistas nullum plane
 dari Sacramentum. Ita P. Joan. Kwiatkiewicz
 S. J. Theol. in suo fascio detecto, Decept.
 6. Et probatur evidentior: nam in primis qua-
 ad Confirmationem, extremam unctionem
 ac Matrimonium, ipsimet concedunt, de Ba-
 ptismo ait Luther in lib. de Captivitate Babyl.